Mass of the Dead

## The Asperges




| | |
|---|---|
| ℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. | Show us, O Lord, Thy mercy. |
| ℟. Et salutare tuum da nobis. | And grant us Thy salvation. |
| ℣. Domine exaudi orationem meam. | O Lord, hear my prayer. |
| ℟. Et clamor meus ad te veniat. | And let my cry come unto Thee. |
| ℣. Dominus vobiscum. | The Lord be with you. |
| ℟. Et cum spiritu tuo. | And with thy spirit. |
| Oremus. | Let us pray. |
| Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. | Hear us, O Lord, holy Father, almighty and eternal God; and vouchsafe to send Thy holy angel from heaven to guard, cherish, protect, visit, and defend all that dwell in this house. Through Christ our Lord. Amen. |

## Mass of the Catechumens

*The choir chants the Introit as the priest begins the opening prayers.*




KNEEL

In nomine Patris, ✠ et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

In the Name of the Father, ✠ and of the Son, and of the Holy Ghost. Amen.

℣. Introibo ad altare Dei.
℟. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

I will go in unto the Altar of God.
To God, Who giveth joy to my youth.

Psalm 42

Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta; ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Judge me, O God, and distinguish my cause from the nation that is not holy: deliver me from the unjust and deceitful man.
For Thou, O God, art my strength: why hast Thou cast me off? and why do I go sorrowful whilst the enemy afflicteth me?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Send forth Thy light and Thy truth: they have led me, and brought me unto Thy holy hill, and into Thy tabernacles.
And I will go in unto the Altar of God: unto God, Who giveth joy to my youth.

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

I will praise Thee upon the harp, O God, my God: why art thou sad, O my soul? and why dost thou disquiet me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Hope thou in God, for I will yet praise Him: Who is the salvation of my countenance, and my God.
Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.
As it was in the beginning is now, and ever shall be, world without end. Amen.

℣. Introibo ad altare Dei.
℟. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

I will go in unto the Altar of God.
To God, Who giveth joy to my youth.

℣. Adjutorium nostrum ✠ in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

Our help ✠ is in the Name of the Lord.
Who hath made heaven and earth.

*Joining his hands humbly bowing down the priest says the Confiteor.*

Confiteor Deo omnipotenti, etc.

I confess to Almighty God, etc.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.
Amen.

May Almighty God have mercy upon you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
Amen.

*The servers say the Confiteor on behalf of those present.*

CONFITEOR Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi, Pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: *(strike breast three times)* mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, orare pro me ad Dominum Deum Nostrum.

I CONFESS to Almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, Father, that I have sinned exceedingly, in thought, word, and deed: *(strike breast three times)* through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I beseech blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray to the Lord our God for me.

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam.
Amen.

May Almighty God have mercy upon you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
Amen.

Indulgentiam, ✠ absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.
Amen.

May the Almighty and merciful Lord grant us pardon, ✠ absolution, and remission of our sins.
Amen.

℣. Deus, tu conversus vivificabis nos.
℟. Et plebs tua lætabitur in te.

Thou wilt turn, O God, and bring us to life.
And Thy people shall rejoice in Thee.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Show us, O Lord, Thy mercy.
And grant us Thy salvation.
O Lord, hear my prayer.
And let my cry come unto Thee.
The Lord be with you.
And with thy spirit.
Let us pray.

STAND

*Then going up the Altar he says silently:*

Aufer a nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Take away from us our iniquities, we entreat Thee, O Lord, that with pure minds we may worthily enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

*He kisses the Altar in the middle where the relics of the Saints are enclosed saying silently:*

Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt, et omnium Sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

We beseech Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints, whose relics are here, and of all the Saints, that Thou wilt deign to pardon me all my sins. Amen.

*The priest incenses the Altar, first blessing the incense*

Ab illo ✠ benedicaris, in cujus honore cremaberis. Amen.

Be blessed ✠ by Him in whose honour thou art burnt. Amen.

*The priest makes the Sign of the Cross and reads the Introit*

## Kyrie

*The people sing the Kyrie*




## Collect

*He kisses the Altar, and turning toward the people chants:*

| | | |
|---|---|---|
| **Celebrant:** | Dominus vobiscum. | The Lord be with you. |
| **All:** | Et cum spiritu tuo. | And also with you. |

*He returns to the Missal and chants the Collect*

the Collect in the Proper of the Mass, HC p. ??hc-col, BVM p. ??bvm-col, SSJ p. ??ssj-col, CRex p. ??cr-col.

## Epiſtle

Fratres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

Brethren: We will not have you ignorant concerning them that are asleep, that you be not sorrowful, even as others who have no hope. For if we believe that Jesus died, and rose again; even so them who have slept through Jesus, will God bring with him. For this we say unto you in the word of the Lord, that we who are alive, who remain unto the coming of the Lord, shall not prevent them who have slept. For the Lord himself shall come down from heaven with commandment, and with the voice of an archangel, and with the trumpet of God: and the dead who are in Christ, shall rise first. Then we who are alive, who are left, shall be taken up together with them in the clouds to meet Christ, into the air, and so shall we be always with the Lord. Wherefore, comfort ye one another with these words.

## Gradual




℣. In memó-ri-a ætér
na e- rit ju-
stus: ab audi-ti-óne ma- la
* non timé- bit.

## Tract


VIII
ABsól- ve, * Dó- mi-ne, ánimas ómni-um
fidé-li-um de-functó- rum ab omni vín- cu-
lo de-li- ctó- rum. ℣. Et grá-ti-a tu-a íllis
succurrén- te, me-re-ántur e- vádere ju-
dí-ci-um ulti- ó- nis. ℣. Et lu-cis ætér
næ, be-a-ti-tú- di- ne * pér fru-i.



## Sequence

Seq. I.



DIes iræ, di-es illa, Solvet sæclum in favílla:

*That day of wrath, that dreadful day, when heav'n and earth shall pass away,*



Teste David cum Sibýlla. Quantus tremor est futurus,

*both David and the Sibyl say. What terror then shall us befall,*



Quando ju- dex est ventúrus, Cuncta stricte discussúrus!

*when lo, the Judge's steps appall, about to sift the deeds of all.*



Tuba mirum spar- gens sonum Per sepúlcra regi-ónum,

*The mighty trumpet's marvelous tone shall pierce through each sepulchral stone*



Coget omnes ante thronum. Mors stupébit et natú-

*and summon all before the throne. Now Death and Nature in amaze*



a, Cum resúrget cre-a-túra, Judi-cán- ti responsúra.

*behold the Lord His creatures raise, to meet the Judge's awful gaze.*



Liber scriptus pro- ferétur, In quo totum continétur,

*The books are opened, that the dead may have their doom from what is read,*


Unde mundus judicétur, Judex ergo cum sedébit,
the record of our conscience dread. The Lord of judgement sits Him down,
Quidquid latet apparébit: Nil inúltum remanébit,
and every secret thing makes known; no crime escapes His vengeful frown.
Quid sum miser tunc dictúrus? Quem patró- num rogatórus?
Ah, how shall I that day endure? What patron's friendly voice secure,
Cum vix justus sit secúrus. Rex treméndæ majestátis,
when scarce the just themselves are sure? O King of dreadful majesty,
Qui salvándos salvas gratis, Salva me, fons pi-etátis.
who grantest grace and mercy free, grant mercy now and grace to me!
Recordáre Je- su pi-e, Quod sum causa tu-æ vi-æ: Ne
Good Lord, 'twas for my sinful sake, that Thou our suffering flesh didst take;
me per- das illa di-e. Quærens me, se- di- sti las-sus:
then do not now my soul forsake. In weariness Thy sheep was sought;
Redemísti crucem passus: Tantus la- bor non sit cassus.
upon the Cross his life was bought; Alas, if all in vain were wrought.


Juste judex ul-ti-ónis, Do-num fac remissi-ónis,
O just avenging Judge, I pray, for pity take my sins away,
Ante di-em rati-ónis, Inge-mísco, tamquam re-us:
before the great accounting-day. I groan beneath the guilt, which Thou
Culpa rubet vultus me-us: Supplicánti parce De-us.
canst read upon my blushing brow; but spare, O God, Thy suppliant now.
Qui Marí-am absolvísti, Et latró-nem exaudísti,
Thou who didst Mary's sins unbind, and mercy for the robber find,
Mihi quoque spem dedísti. Preces me-æ non sunt dignæ:
dost fill with hope my anxious mind. My feeble prayers can make no claim,
Sed tu bo-nus fac benígne, Ne perénni cremer ígne.
yet, gracious Lord, for Thy great Name, redeem me from the quenchless flame.
Inter oves lo- cum præsta, Et ab hædis me sequéstra,
At Thy right hand, give me a place among Thy sheep, a child of grace,
Státu-ens in parte dextra. Confutátis ma- ledí-
far from the goats accursed race. Yea, when Thy justly kindled ire



ctis, Flammis ácribus addíctis, Voca me cum benedíctis.

*shall sinners hurl to endless fire, Oh, call me to Thy chosen choir.*



Oro supplex et acclínis, Cor contrítum quasi cinis,

*In suppliant prayer I prostrate bend, my contrite heart like ashes rend,*



Gere curam me-i finis. Lacrimósa di-es illa Qua

*Regard, O Lord, my latter end. Oh! on that day, that tearful day,*



resúrget ex favílla Judicándus ho-mo re-us Hu-ic

*when man to judgement wakes from clay, be Thou the trembling sinner's stay.*



ergo pa- rce De-us Pi-e Jesu Dómine, dona e-is

*And spare him, God, we humbly pray. Yea, grant to all, O Saviour Blest,*



réqui-em. A-men.

*Who die in Thee, the Saints' sweet rest.*

## Gospel

STAND

| | | |
|---|---|---|
| **Celebrant:** | Dominus vobiscum. | The Lord be with you. |
| **All:** | Et cum spiritu tuo. | And also with you. |
| **Celebrant:** | Sequentia sancti Evangelii secundum N. | The continuation of the holy Gospel according to N. |
| **All:** | Gloria tibi, Domine. | Glory to Thee, O Lord. |

In illo tempore: Dixit Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed et nunc scio, quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissima die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

At that time, Martha said to Jesus: “Lord, if thou hadst been here, my brother had not died. But now also I know that whatsoever thou wilt ask of God, God will give it thee.” Jesus saith to her: “Thy brother shall rise again.” Martha saith to him: “I know that he shall rise again, in the resurrection at the last day.” Jesus said to her: “I am the resurrection and the life: he that believeth in me, although he be dead, shall live: And every one that liveth, and believeth in me, shall not die for ever. Believest thou this?” She saith to him: “Yea, Lord, I have believed that thou art Christ the Son of the living God, who art come into this world.”

## Mass of the Faithful

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

The Lord be with you.
And with thy spirit.

## Offertory




*O Lord Jesus Christ, King of glory,*




*deliver the souls of all the faithful departed*




*from the pains of hell and from the deep pit: Deliver them*


de o-re le-ó- nis, ne absórbe-at e-as tár- tarus, ne
*from the lion's mouth, that hell may not swallow them up,*
cadant in obscú- rum: sed sígni-fer sanctus Mí- cha-el
*and may they not fall into darkness; may Thy holy standard-bearer*
repræséntet e- as in lu- cem sanctam: * Quam o-lim
*Michael lead them into the holy light;*
Abrahæ promi- sísti, et sé- mi- ni
*which Thou didst promise to Abraham and his seed.*
e- jus. ℣. Hósti-as et preces tibi Dómi- ne laudis
*We offer to Thee, O Lord, sacrifices and prayers :*
offé-rimus: tu súscipe pro animábus il-lis, qua- rum
*do Thou receive them in behalf of these souls whom we commemorate this day.*
hódi-e memó- ri-am fácimus: fac e-as, Dómine, de
*Grant them, O Lord, to pass from death unto life;*
mor- te transí- re ad vi- tam. * Quam o-lim.
*which Thou didst promise to Abraham and his seed.*

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Accept, O Holy Father, Almighty and Everlasting God, this unspotted Host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, to atone for my countless sins, offenses and negligences: on behalf of all here present and likewise for all faithful Christians, living and dead, that it may avail both me and them as a means of salvation, unto life everlasting. Amen.

*Making the Sign of the Cross with the paten, he places the host upon the corporal. The wine and water are poured into the chalice, the priest blessing the water before it is mixed, saying silently:*

Deus, ✠ qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

O God, ✠ Who in creating man didst exalt his nature very wonderfully and yet more wonderfully didst establish it anew; by the Mystery signified in the mingling of this water and wine, grant us to have part in the Godhead of Him Who hath deigned to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord; Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, God, for ever and ever. Amen.

*Returning to the middle of the Altar, the priest takes the chalice and offers it to God, saying silently:*

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

We offer unto Thee, O Lord, the chalice of salvation, entreating Thy mercy that our offering may ascend with a sweet fragrance in the sight of Thy divine Majesty, for our own salvation and for that of the whole world. Amen.

*He makes the Sign of the Cross with the chalice, and placing it on the corporal, he covers it with the pall. Bowing down, he says silently:*

| | |
|---|---|
| In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine, et sic fiat sacrificum nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus. | Humbled in spirit and contrite of heart, may we find favour with Thee, O Lord: and may our sacrifice be so offered this day in Thy sight as to be pleasing to Thee, O Lord God. |

*Raising his eyes and extending his hands, he says silently*

| | |
|---|---|
| Veni, Sanctificator omnipotens æterne Deus: et benedic ✠ hoc sacrificum, tuo sancto nomini præparatum. | Come Thou, the Sanctifier, Almighty and Everlasting God, and bless ✠ this sacrifice which is prepared for the glory of Thy holy Name. |

*The priest now blesses the incense*

| | |
|---|---|
| Per intercessionem beati Michaelis Archangeli, stantis a dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene✠dicere, et in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen. | May the Lord, by the intercession of blessed Michael the Archangel, who standeth at the right side of the altar of incense, and of all His Elect, vouchsafe to bless ✠ this incense and receive it as an odour of sweetness: through Jesus Christ our Lord. Amen. |

*The priest incenses the bread and wine*

| | |
|---|---|
| Incensum istud a te benedictum ascendat ad te, Domine: et descendat super nos misericordia tua. | May this incense, which Thou hast blessed, O Lord, ascend to Thee, and may Thy mercy descend upon us. |

*Then he incenses the Altar.*

| | |
|---|---|
| Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conpectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. | Let my prayer, O Lord, be directed as incense in Thy sight: the lifting up of my hands as an evening sacrifice. |
| Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis. | Set a watch, O Lord, before my mouth, and a door round about my lips. |
| Ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusandas, excusationes in peccata. | May my heart not incline to evil words, to make excuses for sins. |

*Returning the thurible, the priest says:*

| | |
|---|---|
| Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam æternæ caritatis. Amen. | May the Lord enkindle within us the fire of His love, and the flame of everlasting charity. Amen. |

*The priest is now incensed followed by the clergy and the people*

STAND

*He then goes to wash his fingers while he says Psalm 25.6–12 silently*

| | |
|---|---|
| Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine. | I will wash my hands among the innocent, and I will encompass Thine altar, O Lord. |
| Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabila tua. | That I may hear the voice of praise, and tell of all Thy wondrous works. |
| Domine, dilexi decorem domus tuæ: et locum habitationis gloriae tuæ. | I have loved, O Lord, the beauty of Thy house, and the place where Thy glory dwelleth. |
| Ne perdas cum impiis, Deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam. | Take not away my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. |
| In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. | In whose hands are iniquities, their right hand is filled with gifts. |
| Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei. | But as for me, I have walked in my innocence; redeem me, and have mercy on me. |
| Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine. | My foot hath stood in the right way; in the churches I will bless Thee, O Lord. |
| Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. | Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost. |
| Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. | As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. |

*Bowing down before the middle of the Altar, he joins his hands, saying silently*

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi, Domini nostri: et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Receive, O Holy Trinity, this oblation which we make to Thee in memory of the Passion, Resurrection, and Ascension of our Lord Jesus Christ; and in honour of blessed Mary ever Virgin, of blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, of these and of all the Saints. To them let it bring honour, and to us salvation, and may they whom we are commemorating here on earth deign to plead for us in heaven. Through the same Christ our Lord. Amen.

*He kisses the Altar; then turning toward the people he says the first two words aloud and then faces the Altar while concluding the prayer silently:*

ORATE FRATRES: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.
℟. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

PRAY BRETHREN, that my Sacrifice and yours may be acceptable to God the Father Almighty.
May the Lord accept the Sacrifice from thy hands, to the praise and glory of His Name, for our benefit and for that of all His holy Church.

*Then with outstretched hands, the priest says the Secret in silence.*

| |
|---|
| the Secret in the Proper of the Mass, HC p. ??hc-sec, BVM p. ??bvm-sec, SSJ p. ??ssj-sec, CRex p. ??cr-sec. |



PER ómni-a sǽcula sæculó-rum. ℟. Amen.
*World without end.* *Amen*



℣. Dó-minus vo-bíscum. ℟. Et cum spíritu tu-o. ℣. Sursum
*The Lord be with you.* *And with thy spirit.* *Lift up your*



corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Gráti-as agámus
*hearts. We have lifted them up to the Lord. Let us give thanks*



Dómino De-o nostro ℟. Dignum et iustum est.
*to the Lord our God. It is fitting and just.*

## Preface

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: per Christum Dominum nostrum. In quo nobis spes beatae resurrectionis effulsit, ut quos contristat certa moriendi conditio, eosdem consoletur futurae immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur; et dissolute terrestri huius incolatus domo, aeterna in caelis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni miltia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, and everlasting God; through Christ our Lord. In Whom the hope of a blessed resurrection hath shone upon us, that those whom the certainty of dying afflicteth, may be consoled by the promise of future immortality. For unto Thy faithful, O Lord, life is changed, not taken away: and the abode of this earthly sojourn being dissolved an eternal dwelling is prepared in heaven. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

II.



S Anctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us
*Holy, Holy, Holy Lord God*



Sá-ba-oth. Pleni sunt cæli et terra gló-ri-a tu-a.
*of Hosts Heaven and earth are full of Thy glory.*



Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine
*Hosanna in the highest. Blessed is He who comes in the name*



Dómini. Hosánna in excélsis.
*of the Lord. Hosanna in the highest.*

## Canon

*(said quietly by the priest.)*

TE IGITUR, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, uti accepta habeas, et benedicas, hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia illibata, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro Joanne Paulo et Antistite nostro Georgio et omnibus orthodoxis, atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

MOST MERCIFUL FATHER, we humbly pray and beseech Thee, through Jesus Christ Thy Son, our Lord, to accept and bless these ✠ gifts, these ✠ presents, these ✠ holy unspotted Sacrifices, which we offer up to Thee, in the first place, for Thy Holy Catholic Church, that it may please Thee to grant her peace, to preserve, unite, and govern her throughout the world; as also for Thy servant John Paul our Pope, and George our bishop, and for all orthodox believers and all who profess the Catholic and Apostolic faith.

Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum N. et N. et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, et incolumitis suæ: tibique reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids N. and N. and of all here present, whose faith and devotion are known to Thee, for whom we offer, or who offer up to Thee, this Sacrifice of praise for themselves and all those dear to them, for the redemption of their souls and the hope of their safety and salvation: who now pay their vows to Thee, the everlasting, living and true God.

Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et beati Joseph ejusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani: et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

In communion with, and honouring the memory in the first place of the glorious ever Virgin Mary Mother of our God and Lord Jesus Christ; also blessed Joseph, her Spouse; and likewise of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus, Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all thy Saints. Grant for the sake of their merits and prayers that in all things we may be guarded and helped by Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

*A bell is rung to say that the consecration approaches.*



Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

O Lord, we beseech Thee graciously to accept this oblation of our service and that of Thy whole household. Order our days in Thy peace, and command that we be rescued from eternal damnation and numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, bene✠dictam, adscrip✠tam, ra✠tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Cor✠pus, et San✠guis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

Humbly we pray Thee, O God, be pleased to make this same offering wholly blessed ✠, to consecrate ✠ it and approve ✠ it, making it reasonable and acceptable, that it may become for us the Body ✠ and Blood ✠ of Thy dearly beloved Son, our Lord Jesus Christ.

Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum, Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, bene✠dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes:

Who, the day before He suffered, took bread into His Holy and venerable hands, and having lifted His eyes to heaven, to Thee, God, His Almighty Father, giving thanks to Thee, blessed it ✠, broke it, and gave it to His disciples, saying: Take and eat ye all of this:

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

FOR THIS IS MY BODY.

*The priest genuflects, elevates the Sacred Host and genuflects again. Bells are rung thrice.*



Simili modo postquam coenatum est, accipiens et hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, bene✠dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accepite, et bibite ex eo omnes:

In like manner, after He had supped, taking also into His holy and venerable hands this goodly chalice, giving thanks to Thee, He blessed it ✠, and gave it to His disciples, saying: Take and drink ye all of this:

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD, OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: IT WILL BE SHED FOR YOU AND FOR MANY UNTO THE REMISSION OF SINS.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

As often as ye shall do these things, ye shall do them in remembrance of Me.

*The priest genuflects, elevates the Chalice and genuflects again. Bells are rung thrice.*

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis, nec non et ab inferis Resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ ascensionis: offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam, Panem ✠ sanctum vitæ aeternæ, et Calicem ✠ salutis perpetuæ.

And now, O Lord, we, Thy servants, and with us all Thy holy people, calling to mind the blessed Passion of this same Christ, Thy Son, our Lord, likewise His Resurrection from the grave, and also His glorious Ascension into heaven, do offer unto Thy most sovereign Majesty out of the gifts Thou hast bestowed upon us, a Victim ✠ which is pure, a Victim ✠ which is holy, a Victim ✠ which is spotless, the holy Bread ✠ of life eternal, and the Chalice ✠ of everlasting Salvation.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris; et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Deign to look upon them with a favourable and gracious countenance, and to accept them as Thou didst accept the offerings of Thy just servant Abel, and the sacrifice of our Patriarch Abraham, and that which Thy high priest Melchisedech offered up to Thee, a holy Sacrifice, an immaculate victim.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ: ut quoquot ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filii tui Cor✠pus, et San✠guinem sumpserimus, omni benedictione cælesti et gratia repleamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Humbly we beseech Thee, almighty God, to command that these our offerings be carried by the hands of Thy holy Angel to Thine Altar on high, in the sight of Thy divine Majesty, so that those of us who shall receive the most sacred Body ✠ and Blood ✠ of Thy Son by partaking thereof from this Altar may be filled with every grace and heavenly blessing: Through Christ our Lord. Amen.

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N. qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.

Be mindful, also, O Lord, of Thy servants and handmaids N. and N. who are gone before us with the sign of faith and who sleep the sleep of peace.

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

To these, O Lord, and to all who rest in Christ, grant, we beseech Thee, a place of refreshment, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam, et societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus, cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis, intra quorum nos consortium, non æstimator meriti sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

To us also Thy sinful servants, who put our trust in the multitude of Thy mercies, vouchsafe to grant some part and fellowship with Thy Holy Apostles and Martyrs: with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicity, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and all Thy Saints. Into their company we beseech Thee admit us, not considering our merits, but freely pardoning our offenses. Through Christ our Lord.

Per quem hæc omnia Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, et præstas nobis.

By whom, O Lord, Thou dost always create, sanctify ✠, quicken ✠, bless ✠, and bestow upon us all these good things.

Per Ip✠sum, et cum Ip✠so, et in Ip✠so, est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti, omnis honor et gloria,

Through Him ✠, and with Him ✠, and in Him ✠, is unto Thee, God the Father ✠ Almighty, in the unity of the Holy ✠ Ghost, all honour and glory,

STAND

*The priest concludes aloud,*




*For ever and ever.*

Oremus.
Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Let us pray.
Taught by our Saviour's command and formed by the word of God, we dare to say:

*The priest continues alone :*

**P**ATER NOSTER, qui es in cælis. sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

**O**UR FATHER, Who art in heaven, hallowed be Thy Name; Thy Kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven, Give us this day our daily bread; and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

All:



SEd líbera nos a ma-lo.

*But deliver us from evil.*

*The priest says silently,* Amen.

**L**IBERA NOS, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, et futuris, et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis ✠, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus,

**D**ELIVER US, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious Mary, ever Virgin, Mother of God, together with Thy blessed Apostles Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints ✠, mercifully grant us peace in our days, that through the bounteous help of Thy mercy, we may be always free from sin and safe from all disquiet. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, God,



PER ómni-a sǽcula sæculó-rum. ℟. Amen. ℣. PAX

*For ever and ever.* *The peace*



Dó-mini sit semper vobis-†cum. ℟. Et cum spíritu tu-o.

*of the Lord be with you always.* *And with thy spirit.*

## Agnus Dei




*With his eyes directed toward the Sacrament, he says silently,*

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vois: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

O Lord, Jesus Christ, Who didst say to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you: look not upon my sins, but upon the faith of Thy Church; and deign to give her that peace and unity which is agreeable to Thy will: God Who livest and reignest world without end. Amen.

*At a Solemn Mass, the Kiss of Peace is given to the Deacon, who bears it to the clergy.*

℣. Pax tecum. — Peace be with thee.
℟. Et cum spritu tuo. — And also with you.

*The priest then continues silently,*

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis: et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te numquam separari permittas: Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

O Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father and the cooperation of the Holy Ghost, hast by Thy death given life to the world: deliver me by this, Thy most sacred Body and Blood, from all my iniquities and from every evil; make me cling always to Thy commandments, and permit me never to be separated from Thee. Who with the same God, the Father and the Holy Ghost, livest and reignest God, world without end. Amen.

Perceptio, Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium et condemnationem: sed pro tua pietate, prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, though unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy mercy, may it be unto me a safeguard and a healing remedy both of soul and body. Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, God, for ever and ever. Amen.

*He genuflects and taking the Host says silently,*

Panem cælestem accipiam, et nomen Domini invocabo.

I will take the Bread of Heaven, and will call upon the Name of the Lord.

*Striking his breast, he says the Domine, non sum dignus three times audibly,*

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Lord, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof; but only say the word, and my soul shall be healed.

*Making the Sign of the Cross with the Host over the paten, he says silently,*

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

May the Body of Our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

*He uncovers the Chalice, genuflects, collects any Fragments remaining and purifies the paten over the Chalice, saying silently,*

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

What return shall I make to the Lord for all the things that He hath given unto me? I will take the chalice of salvation, and call upon the Name of the Lord. I will call upon the Lord and give praise: and I shall be saved from mine enemies.

*He makes the Sign of the Cross with the Chalice, while saying silently,*

Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

*The priest genuflects, elevates a Particle of the Host, turns toward the people and says,*

**Celebrant:** Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Behold the Lamb of God who takest away the sins of the world

*The ministers and people say together three times:*

**All:** Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

Lord I am not worthy to have you under my roof, but only say the word and my soul shall be healed.

## Communion

*According to the laws of the Church, only baptised Catholics who are not conscious of grave sin may receive Holy Communion. Communicants kneel to receive the Host on the tongue and do not say 'Amen'.*

*The priest goes to the Altar rail and says to each communicant,*

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

May the Body of Our Lord Jesus Christ preserve your soul unto life everlasting. Amen.

*The choir sings the Communion Antiphon from the proper of the Mass.*

## Communion Antiphon




## Poſtcommunion

*Wine is poured into the Chalice; the priest drinks it and says silently,*

Quod ore sumpserimus, Domine, pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and that from a temporal gift it may become for us an everlasting remedy.

*Wine and water are poured into the Chalice over the fingers of the priest, who says silently,*

Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potavi, adhæreat visceribus meis: et præsta; ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

May Thy Body, O Lord, which I have received and Thy Blood which I have drunk, cleave to my inmost parts, and grant that no stain of sin remain in me, whom these pure and holy Sacraments have refreshed. Who livest and reignest for ever and ever. Amen.

*The priest then reads the Communion from the proper of the Mass*

| | | |
|---|---|---|
| **Celebrant:** | Dominus vobiscum. | The Lord be with you. |
| **All:** | Et cum spiritu tuo. | And also with you. |

Postcommunion in the Proper of the Mass, HC p. ??hc-pc, BVM p. ??bvm-pc, SSJ p. ??ssj-pc, CRex p. ??cr-pc.

**Celebrant:** Dominus vobiscum. — The Lord be with you.

**All:** Et cum spiritu tuo. — And also with you.

**Celebrant:** Ite missa est. — Go, that is the Mass.
**All:** Deo gratias. — Thanks be to God.

KNEEL

**Celebrant:** Benedicat vos omnipotens Deus, Pater et ✠ Filius, et Spiritus Sanctus. — May almighty God bless you, the Father and the Son and the Holy Spirit.

Amen. — Amen.

STAND

## The Laſt Gospel

℣. Dominus vobiscum. — The Lord be with you.
℟. Et cum spiritu tuo. — And also with you.
℣. Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. — The continuation of the holy Gospel according to John.
℟. Gloria tibi, Domine. — Glory to Thee, O Lord.

John 1:1-14

In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.

In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him; and without Him was not any thing made that was made. In Him was life; and the life was the Light of men. And the Light shineth in darkness; and the darkness comprehended it not.

Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

There was a man sent from God, whose name was John. The same came for a witness, to bear witness of the Light, that all men through Him might believe. He was not that Light, but was sent to bear witness of that Light. That was the true Light, which lighteth every man that cometh into the world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him, to them gave He power to become the sons of God, even to them that believe on His Name: Which were born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

KNEEL

Et Verbum caro factum est

And the Word was made flesh,

STAND

et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus gloriam quasi Unigenti a Patre, plenum gratiae et veritatis.
℟. Deo gratias.

and dwelt among us, and we beheld His glory, the glory as of the Only-begotten of the Father, full of grace and truth.
Thanks be to God.

## Absolutions






## Prayers for various occasions

### Collect

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. sacerdotali fecisti dignitate vigere : prsta, qusumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

O God, who didst raise Thy servant N. to the dignity of priest in the apostolic Priesthood, grant, we beseech Thee, that he may be joined in fellowship with Thine apostles forever. Through our Lord Jesus Christ Thy Son, Who livest and reignest with Thee in the unity of the Holy Ghost, one God, for ever and ever.

## Secret

Suscipe, Domine, quæsumus, pro anima famuli tui Clementi Sacerdotis, quas offerimus hositas: ut, cui in hoc sæculo sacerdotalle donasti meritum, in cælesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per ...

Receive, we implore Thee, O Lord, the sacrifice which we offer for the soul of Thy servant, Clement, a priest. In this world you raised him to the sacerdotal rank; bid him now to enter into the company of Thy saints in the kingdom of heaven. Through our Lord ...

## Poſtcommunion

Prosit, quæsumus, Domine, animæ famuli tui Clementi Sacerdotis, misericordiæ tuæ implorata clementia : ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum ...

May the abundance of Thy mercies, O Lord, which we implore, benefit Thy servant Clement, a priest, that by Thy mercy he may partake of that in which he hoped and believed. Through Our Lord ...